

Band XI., Nr. 5298g, Seite 276-277

Prozess der Klause Neunkirchen mit Burkhard von Rot¹ Chorherrn in Öhringen: Einrede gegen den Zeugen des Beklagten Hermann den Sohn weiland Tierolfs.

Ohne Ortsangabe, Von 1299 bis 1300: Ohne Zeitangabe.²

Coram vobis domino F. Spete canonico Herbipolensi iudice a domino episcopo Herbipolensi delegato ex parte inclusorii in Nuwenkirchen excipiendo proponitur contra personam et dicta Hermanni filii Tierolfi testis domini Bur. de Orenghau, quod dictum suum non relevat producentem. Nam etsi dominus episcopus mandasset ipsi Bur. dari aliquas litteras, hoc non prodesset, cum hoc factum esset ipsis dominabus non citatis non confessis non convictis et iuris ordine penitus pretermisso. Ratio: ipso iure quoad ipsas dominas tales littere nulle sunt: Extra de constitutionibus ecclesia, de probationibus quoniam contra, II questio I Nos in quemquam^a cum multis similibus. Ratio: si principale scilicet missio non valuit nec accessorium videlicet si se occasione talis littere de dictis bonis intromisit: Extra de fide instrumentorum inter^b. Nec obstat quod ex parte dicti Bur. dicitur, quod occasione cuiusdam compromissi dicte domine tenerentur coram domino episcopo comparuisse, quia illud compromissum nullum fuit nec domine inclusorii que tunc presentes erant habebant ad hoc faciendum aliquam potestatem a sororibus inclusorii nec erat aliqua pena vallatum, immo nec aliquid actum fuit ibi quod possit ipsis dominabus preiudicium generare ut patet cuilibet intuenti acta.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Das Pergamentblatt, worauf diese Ausführungen geschrieben sind, ist mit einem Pergamentstreifen an der Urkunde Nr. 5298f (WUB, Bd. XI, S. 276) befestigt. Es ist zum zweitenmal verwendet;

^aDie zitierten Stellen des Corpus iuris Canonici sind: c. 10 x de constitutionibus 1, 2; c. 11 x de probationibus 2, 19; c. 1, C. 2, qu. 1 des decr. Gratiani Teil 2.

^bC. 6 x de fide instrumentorum 2, 22.

¹Ober- und Unterrot.

²Die Datierung dieser Einzeleinrede erfolgt in Erwägung des zeitlichen Prozesszusammenhangs von 1299 Juni bis 1300 Aug., vgl. die Urkunden Nr. 5298a-k (WUB, Bd. XI, S. 271–

II

unter der Schrift sind noch Spuren einer ausradierten Adresse zu erkennen, wie auch von ursprünglichem Briefverschluss 6 Einschnitte vorhanden sind. Auf der Rückseite steht folgender Text, der mit dem Prozess keinerlei Zusammenhang hat, dessen Adressat aber, Magister Konrad von Feuchtwangen, offenbar als Beisitzer des Richters (s. u. die Zeugenreihe von Urkunde Nr. 5298h, WUB, Bd. XI, S. 278) in dieser Angelegenheit tätig war:

 Frater Burkardus comendator Theutonicorum domus in Munrichstat viro sapienti magistro C. dicto de Fuhtwangen amico suo speciali cum obnixis orationibus ad sua beneplacita se paratum. Intellexi quod Juta relicta quondam H. dicti Scrinph nunc uxor dicti Strima dominam Adelheydym ab agendo coram officiali repellere nitatur propter excommunicationis sententiam quam in eam ex parte sui per dominum Herbipolensem asserit promulgatam. Ipsa vero domina A. nullis est adhuc gravata sententiis prout ex patenti predicti domini episcopi littera potestis colligere, quam vobis lator presentium exhibebit. Quare vestram exoro diligentius honestatem, quatenus sabbato nunc venturo in iudicio comparere dignemini si quid contra prefatam proponatur dominam audituri, certum ad me respectum habentes quod pro servitiis habendis pro ea vel habitis secundum vestrum beneplacitum respondebit. Formam libelli presens vobis nuntius intimabit. Qui si plenarie vobis instillare nequierit ipsius libelli responsum suspendatis quoadusque personaliter introeam, quod ebdomada propono facere nunc instanti. Cetera lator. <?i>

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 249 U 298

Überlieferung und Textkritik:

Pergamentblatt mit Pergamentstreifen an WUB, Bd. XI, Nr. 5298f befestigt.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Feuchtwangen, AN
 Münnenstadt, KG
 Neunkirchen Wohnplatz (3654)
 Neunkirchen, Bad Mergentheim, TBB
 Oberrot Wohnplatz (3155)
 Oberrot, SHA
 Unterrot Wohnplatz (2924)
 Unterrot, Gaildorf, SHA
 Würzburg, WÜ
 Öhringen Wohnplatz (2576)
 Öhringen, KÜN